









119

Trincom, ... de justitia

Trincom, ... de pignoris et hypo

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

Trincom, ... de scto ecclesie

m

h

5.


1

3

m







7  
8  
9





1614.

1. Struensee, Dominicus: De jurisdictione:
2. Struensee, Dominicus: De praeiudicibus et hypo-  
thecis.
3. Struensee, Dominicus: De salvo conducto, quem  
vulgo Sines Gelerit vna cum Rechten und vor muerck-  
len Genelt appellat.
4. Carpzovius, Conradus: De inofficioso testamento.
- 5<sup>o</sup> et 6<sup>o</sup> = Fomannus, Ortelphus: De iure accrescendi . . .
6. Fomannus, Ortelphus: Centuria vnae themata  
suae iuridicorum ex materia restitutionis ita  
integrum
7. Fomannus, Ortelphus: De impensis deducendis.
8. Gryphander, Johannes: De iure statutaris.
9. Hilligerus, Oswaldus: Vindiciae Mauritaniae,  
apponte erroribus . . . Jo. Bodini, de expeditione  
Mauritii, Elect. Saxoniae . . . a 1574 suscepta.



1614.

10. Hilligerus, Oswaldus: De successione ab intestato ad Novell. 118.

11. Hilligerus, Oswaldus: De iudice.

12. Melorius, Valentinus: Discursus acut. ad. l.

naturalis 5 Parago. Et si quidem pecunia an den.

J. de praescriptis verbis et in factum actionibus.

13. Pfefferkorn, Immericus: Decas quaestionum juris dicarum.

14. Pfefferkorn, Immericus: De conceptionibus et praescriptionibus.

15. Pinggerus, Vrsylus: Viriditatis ad l. quae sunt penultimarum Diffinitiones.

16. Rademaldus, Christophorus: De dolo, culpa et casu fortuito in contractibus praestando.

17. Riemerus, Valentinus: Manipulus miscellaneus juris controversi quaestionum





18<sup>a</sup> =<sup>b</sup> Riemerus, Valentinus: *Jura feudorum*  
in feudis. 2 Sumpt. 1617 & 1742

19. Theronius, Petrus: *Semienturia controversarum*  
*in jure civili, canonico, feudali; et*  
*vicaribus imperii selectissimorum.*



16

10

11

12

13

14

15

16

17





DISPUTATIO JURIDICA

De

JURE ACCRE-  
SCENDI.

Quam

Divinâ favente gratiâ

Consensu & permissu Magnifici ac Nobilissimi in  
Illustri Salana Jctorum Ordinis

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi & Consultissimi;

Dn. ORTOLPHI FO-  
MANNI Jcti, & in Academia Jenensi Cod. Pro-  
fessoris, Facultatis Juridicæ Senioris, nec non Judicii  
Provincialis & Scabinatus Adfessoris, Præceptoris  
ac fautoris sui plurimum suspiciendi.

Publicè in Auditorio Jctorum exercitiij gratia  
discutiendam proponit

JOHAN - CHRISTOPHORUS Braun  
à Pefna.

Ad diem XXII. Novembr.

JENÆ

Typis TOBIÆ STEINMANNI.

Anno M. DC. XVII.





*Magnifico, Amplissimo & Consultissimo Viro,*

**DN. LEOPOLDO HA-**  
KELMANNO Jcto Celeberrimo, Illustrissi-  
mi ac Potentissimi Electoris Saxonici Consiliario:  
Supremi judicii Provincialis Assessori: Professori  
Publico, & Inclytæ Facultatis Juridicæ Li-  
psiensis Ordinario dignissimo,

*NEC NON*

*Amplissimo, Consultissimo ac Clarissimo  
Viro,*

**DN. BARTHOLOMÆO**  
GOLNITZIO J. U. D. Celeberrimo, Cano-  
nico Martisburgensi: Supremæ Curia Provincialis  
Advocato primario, & inclytæ Facultatis  
Juridicæ Lipsiensis Assessori di-  
gnissimo.

*Dnn. Patronis, Præceptoribus, Pro-  
motoribus suis omni observantia stu-  
dio eternum colendis.*

*Hanc de Jure Accrescendi disputationem*

*Offert, dat & consecrat*

**JOHANN - CHRISTOPHORUS Braun à Pefna:**  
A. & R.





POSITIO I.



US accrescendi generaliter de  
omni accessione usurpatur, (a) Et  
ideo accrescere dicitur res, quæ  
alteri accedit. (b) Specialiter ve-  
rò (c) jus accrescendi (de quo Et  
hic agimus) in ultimis voluntatibus Et here-  
ditatibus locum habet. (d).

(a) Uti etiam Imperator noster Justinianus in *Const. tanta*.  
*S. antepen. 3. de Confirm. Digest. usurpat.* dum ait, tertiam mun-  
di partem sibi accrevisse. Et Salustius in *Cicer. Quid tibi*  
*litibus accreverit.* Ampliss. D. Suv. de *I. A. c. 1.* Clar. D. Hillig.  
in *Donell. Enucl. lib. 7. c. 12. lit. a.* Duar. *lib. 1. de I. A. c. 1. in*  
*fin.* Inde per alluvionem dicitur fundo accrescere. *l. quamvis*  
*1. in fin. C. de alluv. Ampliss. D. Suv. d. lo. & insula accre-*  
*scere dicitur. l. ergo. 30. & l. insula. 56. de acquir. dom.*

(b) *d. l. insula 56. in pr. de acquir. dom.* Clar. D. Hillig.  
*d. lo.*

(c) Et ita etiam præter nostram significationem su-  
mitur in *S. fin. Inst. de donat.* quando olim pars servi commu-  
nis ab altero dominorum manumissi, alteri per jus accre-  
scendi accedebat, & in *pr. Inst. de exhered. liber. l. maximum vi-*  
*tium 4. C. de lib. præter.* Quando olim filii & liberi posteriores  
præteriti suis heredibus in partem virilem, extraneis verò  
in dimidiam adcredebant, & sic scriptis heredibus aliquid  
decredebant. In hoc autem jure accrescendi, neque priore  
casu mixtam, neque altero realem, imò omninò nullam  
subesse conjunctionem, optimè & eleganter contra Ho-  
tom. *Illust. quæst. 44. in f. disputat.* Dn. D. Rimer. in *disp. de*  
*I. A. c. 1. num. 1.* quoniam hoc jus accrescendi cum conjun-  
ctione, ex qua maximè provenit, nihil habet commune,

A 2

fiqui-





57  
siquidem hinc contra naturam juris accrescendi persona personis accrescere dicitur, Paul. 3. senten. 4. §. filio & extraneo ibi, si praterita accrescat. Dn. D. Rimer. d. loc.

(d) de eo agit §. si eadem res 8. Inst. de legat. l. re conjuncti. 89. de legat. 3. tt. 1. de usuf. accres. & multi alij rex. Et hoc ad exemplum coalescentium plantarum introductum, Ampliss. D. Suev. lib. 1. de I. A. c. 1. Convenitque alluvioni l. si Titio. 33. §. fin. de usuf. accres. quod utrobique ipso jure sine facto hominis fit accessio. Ampliss. D. Suev. d. lo. Clar. D. Hillig. d. lo. Dn. D. Rimer. d. c. 1. inf. Jus tamen accrescendi ab alluvione in eo differre, quod ea per temporum intervalla minimas particulas adijciat: In illo verò quamprimum portio vacans deficit eodem momento alteri accedat, rectè ab Ampliss. D. Hillig. & Dn. D. Rimer. dd. loc. asseritur.

## II.

*Hoc autem definimus (a) quod sit jus, (b) quo pars vacans cedit, & accrescit parti occupatae (c) ad conservandam hereditatem & voluntatem defuncti individuum. (d) Divisionem (e) juris accrescendi admittimus nullam; illud enim neq. species neq. membra, in quæ dividatur, habere, sed esse simplex statuimus. (f)*

(a) Ita quoque definit Ampliss. D. Suev. in d. tr. de I. A. lib. 1. c. 4. & Clar. D. Hillig. in Donell. Enucl. c. 12. lib. 7. lit. a. Diss. variè & diversimodè Dd. Philip. Massin. ab Innocentiis ad Rubr. C. quando non pet. n. 78. per modum acquirendi de Jure Civili definit. Aliter Petr. Gregor. Tholos. 46. Syntagm. jur. c. 11. n. 2. Aliter Ripa in l. re conjuncti 89. de leg. 3. n. 7. Aliter Cujac. in par. de usuf. accr. Aliter Wesenb. in par. de usuf. accres. n. 3. Alii aliter.

(b) Sæpissimè enim una eademque vox tam generis quam speciei locum obtinet, exempla habemus in jurisdictione, jurisprudentia, & multis aliis, quod explicat & ostendit. Ampliss. D. Suev. d. c. 4.

(c) Vis enim juris accrescendi in eo consistit, ut vacantes



12 9.  
cantes partes occupatæ parti adijciat. l. un. C. de caduc. toll. Ampliff. D. Suev. d. lo. Inde putamus portionem soli portioni, non etiam personæ accrescere Ampliff. D. Suev. d. lib. 1. c. 4. Portioni autem iterum tunc solum accrescit, quando adita est sive agnita l. qui ex duabus. 53. §. 1. de acquir. hered. l. bona. 3. & seqq. de bon. poss. l. uni. §. ubi a. vers. fin. v. C. de cad. toll. Is igitur, qui partem suam non agnovit, jus accrescendi non habebit, l. si ex pluribus. 9. de suis & legit. hered. d. l. un. §. his ita. 10. C. de caduc. toll. Nec is, qui non mansit heres, nempe qui totam hereditatem alteri restituere iussus est, ut fiduciarius. l. Papinianus. 43. l. antepen. 79. de Scto Trebell. l. si tota. 83. de acquir. hered. Exceptio tamen est in usufructu, siquidem is personæ etiam amittenti partem suam accrescit, l. quotiens 1. §. interdum 3. de usufr. accres. Rationem affert Celsus in d. l. quotiens. 1. §. interdum, quod scilicet usufructus quotidie constituitur.

(d) Et sic in his verbis ultimis traditur finis & materia juris accrescendi. Non enim quævis portio deficiens portioni occupatæ jure accrescendi accedit, aut ubicunque est portio deficiens, ibi statim est juri accrescendi locus, Ampliff. D. Suev. sæpè cit. loc.

(e) Dum enim aliqui, uti & Gregor. Tholos. 46. syntag. jur. c. 11. num. 2. dividunt jus accrescendi, in jus accrescendi & jus non decrescendi, non divisionem generis faciunt in species, partes, vel membra, porius enim jus non decrescendi infert jus accrescendi, quam ut excludat. Ampliff. D. Suev. c. 5.

(f) Cum Ampliff. D. Joh. Suev. d. jam loc.

III.

Originem hoc jus nostrum accrescendi non ex lege 12. tab. (a) duxit, sed ex ejus interpretatione, & per Jctos medicæ Jurisprudentialongo post tempore introductum (b) Quod quidem Lex Papia Poppæa (c) fermè sustulit (d) Justinianus verò Imperator favore intercedente (e) plenè restituens in priorè statum reduxit (f).

A 3

(a) Pro-



33  
(a) Propter nimis enim largam testandi facultatem, quæ permittebatur: ( Dicitur enim *uti quisq; legasset super pecunia tutelave rei sua, ita jus esto* ) non stricta adeò pugna inter causam testati & intestati erat, qualis tempore Pomponii Jcti in *l. jus nostrum. 7. de R. I.* & ideò secundum Graf. in *§. jus accrescendi. quæst. 1.* potuit quoq; quis simul testatus & intestatus decedere. Cum autem exinde magnæ solebant oriri lites, confusiones, & alia multa incommoda, jus accrescendi introductum est, & illud, quod quis simul potuit testatus & intestatus decedere, prohibuit, cumque hoc causa juris accrescendi introducti sit, illud non originem ex lege 12. tab. sumpsisse, omninò sequitur. Dn. D. Rimer. *disp. de I. A. c. 2. n. 1.*

(b) Post leges enim 12. tab. largam facultatem testandi in illis permissam leges mediæ jurisprudentiæ restringentes, pugnam quoq; inter causam testati & intestati constituentes *d. l. jus nostrum 7. de R. I.* jus accrescendi introduxerunt. Ampliss. D. Suev. *lib. 1. de I. A. c. 3.* Dn. D. Rimer. *d. lo. n. 2.* Pan. Cretschm. *disp. de I. A. th. 4.*

(c) Quàm varia hæc lex habeat nomina, videri potest ex Balduin. *de lege Papia pag. 54.* & Dn. D. Rimer. *d. lo. cap. 3. num. 1.* Sive ideò Julia, sive Papia, sive Julia Papia, sive Papia Poppæa, sive Julia Poppæa nuncupetur, nihil refert. Frid. Balduin. *d. lo.* Dn. D. Rimer. *d. lo.* Quod verò tempore Augusti Imperatoris per Senatum hæc lex lata & in lucem edita sit, unde etiam nomen à Consulibus suffectis Papio Mutilo & Q. Poppæo secundo accepit, constat ex Tacit. *3. Annal. n. 4. inf.*

(d) Cum enim ærarium Populi Romani bellis civilibus (inter Pompejum Lepidum & Brutum, Tacit. *d. lo.*) exhaustum esset, hæc Lex Papia Poppæa lata fuit, quæ centesimam hereditatum ærarii augendi gratia in fiscum redigebat, legata quoq; efficiebat caduca, quæ quis ceperat capere non posse (nam tunc fiunt caduca, non verò si repudiatur pars. Cujac. in *par. C. de caduc toll.* Diss. Valent. Förster. *lib. 2. de succes. c. 11. n. 19.*) & fisco attribuebat. Cujac. *d. lo.* sicq; jus accrescendi tollebat. Ampliss. D. Suev. *d. lo.* Dn. D. Rim. *d. lo.*

(e) *Porta ultimatum voluntatum, qui semper est maximus, l. habeat, 1. C. de SS. Etcl.*

(f) Cum



49.  
(f) Cum enim minimè hoc jus caducorum JCris ar-  
ridebat, auctores erant testantibus, ut eò crebrius substitu-  
tionibus, quæ antiquiores erant, & quo caduca excludeban-  
tur, uterentur, & si saltem minima dubitandi causa hac de  
re oriebatur, contra fiscum respondebant. *l. non puto 10. ff.  
de jur. fisc.* Hacq; ratione jus accrescendi reducebant & ca-  
duca excludebant. Cujac. *in par. C. de caduc. toll.* Justinianus  
quoq; leges tempore belli latis, restitutâ reipubl pace, non  
saltem abrogavit, jus antiquum in dignitatem & amplitu-  
dinem pristinam collocavit, sed & nova beneficia addidit.  
Ampliss. D. Suv. *d. loc. Dn. D. Rimer. d. loc. Valent. För-  
ster. d. lib. 2. de succes. c. 11. n. 22.*

IV.

*Causa efficiens juris accrescendi in successio-  
ne ab intestato est Lex sive media Jurispruden-  
tia (a) in testamentaria voluntas testatoris. (b)  
Causa instrumentalis conjunctio, (c) quæ est  
duorum pluriùve (d) ad idem (e) quid totum,  
veluti, hereditatem, usumfructum, vel speciem  
certam, veluti, legatum, eodem successionis ge-  
nere (f) à testatore sive lege facta convocatio.  
Hinc conjunctio duplex: alia legis, alia homi-  
nis. (g)*

(a) *l. si ex pluribus 9. de suis & legit. hered. l. sive 1. §. si ne-  
mo 9. ad Scutum Tertyll. auth. cessante. C. de legit. hered.* Ampliss.  
D. Suv. *lib. 1. c. 4.* Diss. communiter Dd. Alii enim solam  
voluntatem testatoris, ut, Angel. Mattheac. *3. Legat. & Fi-  
deicom. 3. n. 1. & 2.* Alii solam legem causam efficientem  
statuunt.

(b) Concurrit quidem & in ultimis voluntatibus legis  
provisio, tamen, quoniam liberæ voluntati testatoris to-  
rum hoc relinquitur, & à legibus promittitur, quomodo  
heredes velit instituere, vel legata relinquere, num conjun-  
ctim, num verò non; & si conjunctim, iterum integrum ei-  
dem



dem sit, quomodo conjungere velit, denominationem à potiori deducimus. arg l 2. ff. de stat. homin. & idè testatoris voluntati eam adscribendam esse putamus, cum & aliàs in testamentis, quatenus non est adversus leges, sive bonos mores l. testandi. 13. C. de testam. pro lege ea observetur. l. verbis legis. 120. de V. S. Novel. 22. c. 2. Ampliss. D. Suev. lib. 2. de I. A. c. 1.

(c) § si eadem. 8. Inst. de legat. l. re conjuncti. 89. de leg. 3. Ampliss. D. Suev. lib. 1. c. 4. Clar. D. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 7. cap. 12. lit. L. Diss. Duar. lib. 1. de I. A. c. 1. Loriott. ad l. 7. de R. I.

(d) In uno ergò herede jus accrescendi impropriè tantùm dici potest, siquidem ibi non tantùm nulla est conjunctio, verùm etiã nullæ vacuæ partes, imò solidum vel totam hereditatem ab initio heres invitus accepit; ubi enim totius est acquisitio, ibi partis aditio cessat. l. qui totam. 1. d. acquir. hered. Dn. D. Rim. de I. A. c. 5. n. 2 Papillon. de I. A. pag. 14. Philip. Massin. ad rubr. n. 13. cum seqq. C. quando non pet. part. Diss. Donell. 7. com. 12.

(e) l. triplici 142. de V. S. l. re conjuncti 89. de leg. 3. § si eadem 8. Inst. de legat. Nam ubi ad diversas & non ad eandem rem vocantur, ibi nulla conjunctio. l. quotiens. 1. § ult. de usufr. accres. In Institutione, sive in hereditate quidem heredes ad res diversas interdum vocari videntur. l. heredes 63. l. liber homo. 59. § cum quis 3. de hered. inst. quando non in eadem res hereditarias, vel in easdem partes instituuntur, verùm nunquam accidit, ut coheredes conjuncti non sint. Duaren. lib. 1. cap. 4. § c. 12. ambo enim in universum jus defuncti, quod individuum est, succedunt & sic partes intellectu divisæ, non verò corpore sunt, l. heredes 63. de hered. instit. In legatis ergò propter illud deficiens universitatis jus, de quo jam dictum, quæstio est extra dubium. l. hujusmodi. 84 § quibus. 12. ff. de leg. 1. Hic enim qui parte caret, nullam aliam, multò minus totam acquirere potest. l. si totam. 83. ff. de acquir. hered. Dn. D. Rim. d. lo. n. 3. Notandum, hic etiã est ex uno tantùm & eodem, non ex diversis testamentis conjunctionis jus competere posse. l. si sub conditione. 16. § quib. mod. usufr. Nam ab uno testatore in diversis testamentis



mentis heres scribi non potest. *l. sancimus. 27. ubi Dd. C. de testam. etiam si testator in illis cavisset, ambo debere valere, §. sed & 3. Inst. quib. mod. test. prius quidē vi fideicommissi, cujus naturā adscivit. l. conficiuntur. 8. de jure Codicill. l. ult. C. eod. tamen conjunctio, tanquam ex diverso jure non valet. Ex Codicillis tamen, & testamento, quod illos confirmavit, conjunctio valet. Grass. de. I. A. quest. 5. n. 2. Siquidem Codicilli pars testamenti esse videntur. l. pen. quemad. test. aperian. & jus illius sequuntur. l. ab intestato 16. in fin. ff. de jur. Codicil. In partis etiam & filii testamento, quoniam pro uno habentur, §. igitur 2. de pupil. subst. l. pater. 20. de vulg. subst. l. plane 34. §. si conjunctim 10. ff. de leg. 1. conjunctio subsistit, & per consequentiam jus accrescendi locum habere potest. Dn. D. Rimer. d. lo. c. 5. n. 4.*

(f) Qui enim diverso jure succedunt, non habent jus accrescendi. *l. sed cum patrono 8. pr. de honor. poss. Alciatus 4. parad. 9. Dn. D. Rimer, d. lo.*

(g) Amplifs, D. Suv. lib. 1. c. 4. Clar. D. Hillig. in Donel. Enucl. lib. 7. c. 13. lit. b. Dn. D. Rimer. c. 7. n. 1. Petr. Gregor. 46. syntag. 10. n. 4. & communiter Dd.

V.

*Materia, sive causa sine qua non, sunt hereditates, & legata, sive in illis vacantes portiones (a) quæ accrescunt. Non ideò locum habebit in contractibus, (b) & per consequentiam non transibit jus accrescendi in emptorem hereditatis (c) Nec in feudo: (d) In unione tamen prolium procedere jus accrescendi (e) affirmare non erubescimus.*

(a) Necessè enim est partem hereditatis, vel legati, vacare sive deficere, ut alteri accrescat. Amplifs, D. Suv. d. lo. Duar. lib. 1. de J. A. c. 18. Non verò refert quocunque modo deficiat pars rei legatae, sive ipso jure, sive ope exceptionis, *l. nihil interest. 17. de Reg. 1. Clar. D. Hillig. in Donel.*

B

Enucl.



*Enucl. lib. 7. c. 12. lit. M.* Imò etiam si pro non scripta habeatur, tamen accrescit conjunctio, *l. unic. §. in primo. 3. C. de caduc. toll.* nec quicquam hac constitutione sive lege excipitur, præter illa, quæ ut indignis auferuntur. *d. l. un. §. que autem C. de cad. toll.* Amplissimus vir D. Gerhard. *Disp. de I. A. th 37. Duar. l. 1. c. 18.* Deficit autem regulariter pars delata, non acquisita. Quoniam sicut substitutio expirat additione, ita & jus accrescendi. *arg. l. si Titio. 61. §. Julianus. 1. de leg. 2.* Exceptionem tamen habemus in usufructu. *l. quotiens. 1. §. interdum 3. ff. de usufr. accres.* ut & in herede recusante implere voluntatem defuncti. *Nov. 1. c. 1. §. 1. Minore restituto. l. si minor 61. ff. de acquir. hered.* Plures exceptiones affert *Duar. lib. 1. de I. A. c. 21.* Clar. D. Hillig. *d. lo. lit. O.*

(b) Omnes enim de jure accrescendi scriptæ leges, de hereditatibus ab intestato, ultimis voluntatibus & legatis loquuntur, quarum præcipua est *l. un. C. de cad. toll.* Deinde nostram opinionem non parum etiã probat, *l. si mihi no. de V. O* in qua mihi & Titio stipulatus sum usum fructum, & Titii pars, quæ deficit, proprietati cedit, quod tamen in legato usufructu longè aliter sese habere patet ex *d. l. quoties. 1. §. 1. de usufr. accres.* Ampliss. D. Suev. *de I. A. lib. 2. c. 2.* Cujac. *ad l. fundus. 64. de contr. empt.*

(c) *l. venditor. 2. §. in hereditate. 1. de heredit. vend.* Hereditatis enim portio ipso jure manet apud heredem, nec à persona illius separari potest, testator etiam nunquam emptorem & deficientem conjunxit: Jam autem jus accrescendi sine conjunctione non procedere satis relucet ex supra dictis. Solus heres quoq; habet jus accrescendi; quoniam ergò venditor semel heres factus est, non potest desinere esse heres, *pervulgaria.* Ampliss. D. Suev. *de I. A. lib. 2. c. 2.* Clar. D. Hillig. *d. lo. lit. l.* Anton. Fab. *par. 2. error. pragm. decad. 51. error. 5.* Diss. Duard. *lib 2. de I. A. c. 6. §. 19.* Rober. *3 animad. 19.*

(d) *6. un. 2. FF. 12. de frat. de novo benef. invest. c. un. §. penult. 1. FF. 5. quib. mod. feud amit. cap. un. §. fin. 1. FF. 14. de feud. March.* Quoniam ut antea est probatum in ultimis voluntatibus jus accrescendi saltem locum habet: feudum autem ultimis voluntatibus constitui non solet. *1. FF. 8. de succes.*



succes. feud. Volt. 1. FF. c. 9. n. 19. Artem. conf. 31. n. 14. Amplifs.  
D. Suev. d. lo. & Dd. communiter. Dis. Schrad. part. 7. c. 1. de  
feud. idem 1. consil. 1. n. 171. & cons. 3. n. 144.

(e) Non quidem propter conventionem sive pro-  
pter contractum inter Parentes diversorum liberorum  
initum, sed propter successionem liberorum, licet illa per  
contractum in consequentiam inducatur. Simile exem-  
plum habemus in adoptione; adoptivi enim adoptivis Pa-  
rentibus non tanquam ex adoptionis conventionem, sed  
tanquam liberi adoptivi sive liberi effecti succedunt. Am-  
plifs D. Suev. d. lo. Clar. D. Hillig, in Donel. Enucl. l. 7. c. 12.  
lit. l in fin.

VI.

*Causa finalis (a) propter quam jus accre-  
scendi introductum in hereditatibus (b) est  
Representatio defuncti (c) quæ pro parte fieri  
non potest (d) & hæc durat etiam adit à he-  
reditate, nec in secundo tertiove successore  
extinguitur (e)*

(a) Generalem causam finalem, quæ spectat tam  
ad legata quam ad hereditates, dari non posse, putamus,  
& licet multæ à Dd. (uti videre licet ex Br. Cagnol. Coraf.  
& aliis) ut generales adducuntur, tamen illas cum Dn. D.  
Rimer. cap. 6. tanquam insufficientes rejicimus.

(b) Non incommodè etiam huc referri potest ra-  
tio adducta ex l. ius nostrum. 7. ff. de R. J. in qua prohibetur.  
Ne quis pro parte testatus & pro parte intestatus decedat, hæc  
enim cum nostra, in thesi posita, maximè est conjuncta.  
Quando enim defunctus in totum representatur, non de-  
cedit partim testatus & partim intestatus, & è contra quan-  
do non pro parte saltem testatus decedit etiam in totum re-  
presentatur. Hinc fit, quod in militis testamento jus  
accrescendi cesset, l. si duobus. 37. ff. de testament. milit.

B 2

Is



Is enim partim testatus & partim intestatus decedere potest, *d. l. si duob. 37. & l. si miles 6. d. lo.* Amplifs. D. Suv. *libr. 2. de l. A. c. 2.* Hoc tamen iterum procedit in milite, si jure militari decesserit. Si enim jure communi, juri accrescendi omninò locus erit. *l. quanquam. 3. C. de testam. milit.* Dn. D. Rimer. *c. 3. n. 2.* In dubio verò jure communi miles discessisse, modò occasio loci & propria dispositio contrarium non suadeat, semper præsumitur *gl. in d. l. 3. C. de testam. milit.* Dn. D. Rimer. *d. lo. Alciat. 3. præsump. 36. Dis. Treu. vol. 2. disp. 10. th. 6. lit. a.*

(c) Hæc enim non permittit, ut hereditas eodem tempore à personis diversi gradus adeatur, neque ut quis ex parte heres & ex parte non heres sit, propter evidentem contrarietatem, quæ inde sequeretur, nempe habere aliquem heredem & non habere, inde Imperator Justinianus in *l. un. §. 10. vers. & hoc nolentibus. C. de caduc. tollen.* absurdum vocat, ejusdem hereditatis partem agnoscere, & ejusdem hereditatis partem respuere. Quapropter etiam firma manet regula. *in l. qui ex duabus. 53. §. qui primo. ult. ff. de acquir. hered. & d. l. un. posita,* Quod qui ex aliqua parte heres extiterit, partes deficientis cum suo onere (videlicet æris alieni, legatorum ac fideicommissorum à deficiente relictorum. *d. l. un. §. 10. vers. in his itaq;*) etiam invitus accipiat. *d. l. un. §. 10. vers. & his nolentibus.* Qui ergò ex semisse scriptus est heres, si nullum coheredem habet, aut si habet, & is repudiat, quasi ex asse scriptus sit, ex asse fit heres. *l. qui §. si ex fundo 4. l. si ex facto 35. l. interdum 13. §. deniq; 2. ff. de hered. instit.* Hinc ignorantibus quoque. *l. heredi. 31. de acquir. here. & quidem ipso jure sine nova aditione. l. si solus 80. in pr. & l. Aristo fin. ff. d. tit. sive ille, cujus portio accrescit, prius quam hic adiret, defecerit, sive postea, accrescit.* Donel. *lib. 7. com. 12.* Cum quo tamen quoad suum heredem distinguimus ita. Aut suus heres ante se abstinuit & postea coheres agnovit suam portionem, tunc suo heredi etiam invito accrescit. *l. si duo. 38. ff. de acquir. hered.* Quoniam enim scivit, aut scire potuit, illo abstinente, se oneribus fore implicitum, ea conditione adire videtur, *d. l. si duo. 38.* Aut prius



49.  
prius agnovit is, cui accrescit, quam coheres se abstinuit, & tunc volenti tantum accrescit. *l. cum hereditate. 55. ff. de acquir. heredit.* Nihil enim ei hic imputari, ut in priori casu potest; non enim præscire potuit, postea secutam abstinentiam coheredis. Ne tamen hac vice offendatur regula juris in *l. qui totam. 1. & l. sed &. 2. ff. de acquir. heredit.* Condicio ei, qui partem agnovit, talis defertur, aut totam adeat, aut à tota recedat. *d. l. 55.* Et sic, quod per se non potuit facere, puta, aditam partem repudiare, per portionem accrescentem consequitur. Limitatur tamen iterum nisi creditores dicant se contentos esse illius portione *d. l. 55.* Quod etiam procedit in coherede minoris extranei contra hereditatis aditionem in integrum restituti: Ille enim minoris restituti partem invitus accipere non cogitur. *l. si minor. 61. ff. de acquir. heredit.* hunc tamen casum secundum *d. legem 55.* dirigendum putamus. Dominus quoque, cui hereditas per servum, quem habet in potestate, defertur, & cui una pars jam quæsitæ est, alteram potest repudiare, quæ postea ei delata est. *l. si solus. 80. §. ult. ff. de acquir. heredit.* Secus si utraque pars eodem tempore defertur. *l. si quis heres. 35. de acquir. heredit.* Clar. D. Hillig. in Donel. Enucl. lib. 7. c. 12. lit. p. Duar. lib. 2. de I. A. c. 1.

(d) Sicuti enim hereditas est individua. *l. Pomponius 8. in fin. de R. V.* ita etiam heres defunctum pro parte tantum non repræsentare potest, quoniam hereditas locum defuncti tenet. *l. non minus. 31. §. hereditarium 1. l. hereditas 34. ff. de acquir. rer. dom. & cum herede unius personæ vice fungitur. l. heres. 22. ff. de usucap.* Heres quoque fictione juris pro una quodammodo persona habetur cum defuncto. Nov. 48. in præfat. defunctum quoque repræsentat, quasi adhuc vivere intelligatur. Duar. lib. 1. cap. 2. de I. A. Ut igitur secundum Duarenum. *d. lib. 1. c. 2.* absurdum atque ineptum est, aliquem in rerum natura esse aut vivere tantum pro parte, ita nec repræsentari defunctus pro parte potest: fictiones enim naturam imitantur. *§. minorem. 4. Inst. de adopt.* Clar. D. Hillig. in Donel. Enucl. lib. 7. c. 12. lit. c. Dn. D. Rim. 6. 6. n. 3. Duar. d. 10.



(e) Gædde. *in l. heredis. 65. n. 1. circa fin. ff. de. v. s.*  
 Menoch. *presumpt. 70.* Clar. D. Hillig. *in Donel. Enucl. libr.*  
*7. c. 12. lit. K.* Heres enim heredis etiam testatoris est heres.  
*L. ult. C. de heredibus. institut.* Hinc si primus heres portione  
 sua adita decessit, jus accrescendi transit ad illius heredes.  
*l. si ex pluribus 9. de suis & legit. hered. l. un. §. his ita 10. C. de*  
*Caduc. tollend. Duar. lib. 2. cap. 6.* Tum propter rationem  
 juris accrescendi in thesi hac ipsa positam, quæ in illis et-  
 iam militat. Tum quoniam pars deficiens semper sequi-  
 tur partem occupatam, illiusque naturæ efficitur, ut ex præ-  
 cedentibus patet. Tum quia expressè *in l. edicto. 13 §. ad he-*  
*redes 4. ff. de Jur. fisci* dicitur, quod portio delata, etiamsi  
 nondum sit agnita, tamen transeat ad heredes. Clariss. D.  
 Hillig. *in Donel. Enucl. libr. 7. c. 12 lit. i.* Gomez. *1. resol. 10.*  
*n. 35.* Hoc autem non solum procedit in herede heredis  
 legitimi, verum etiam in herede heredis scripti. Clar. D.  
 Hillig. *d. lo. Cuja. 12. obser. 11.*

VII.

*In legatis verò individua voluntas te-*  
*statoris. (a) Legatariis ergò quibus eadem res*  
*disjunctim sive separatim (b) legata est por-*  
*tio deficiens ipsis invitis (c) sine onere tamen,*  
*(d) accrescit. Illis autem quibus eadem res*  
*conjunctim (e) legata est, volentibus tantum*  
*(f) & quidem cum onere. (g)*

(a) Testator enim quoniam magis dilexit legata-  
 rium quam heredem. *arg. si quis eum. 37. de condit. & demonstr.*  
*(quod in re legata testator fecisse præsumitur. gl. in d. l. 37.)*  
 Et collegatarium rem potius totam habere quam here-  
 dem maluerit, meritò etiam illius legibus consentanea  
 voluntas observari debet. Quapropter si uni legatario tota  
 res legata erit, ob testatoris voluntatem individuum non  
 poterit legatarius partem retinere & partem repudiare. *l.*  
*n. minem. 4. l. si cui. 5 §. l. Julianus. 60. de leg. 2. l. legatarius 38. de*  
*leg. 1. Ampliss. D. Suv. l. 1. c. 2. Dn. D. Rimer. c. 6. in fin.*

(b) Id



(b) Id est, qui re tantum sunt conjuncti. *d. l. un. §. ubi autem 11. C. de Cad. toll.* Donel. *lib. 8. c. 21.*

(c) *d. l. un. §. ubi autem in pr. & vers. sin verò non omnes. C. de Caduc. tollen.* quoniam re conjunctis singulis ab initio in solidum res legata est, *d. leg. un. §. 11.* defertur portio accrescens collegatario ex persona sua, quapropter eam repudiare non potest. *l. neminem. 4. de legat. 2.* Donel. *d. lo.*

(d) *d. l. un. §. 11.* Quoniam enim re conjuncti solidum habent ab initio, & altero non concurrente, non alienum consequuntur, sed suum imminutum retinent, ut jam dictum est, sequitur ex deficientis persona nullum onus accrescere, *d. l. un. §. 11.* Amplifs. D. Andreas Gerhard. *Disp. 7. de I. A. th. 49.* Amplifs. D. Suev. *lib. 2. c. 3. de I. A.* Donel. *d. lo.*

(e) Conjuncti vocantur, qui verbis tantum, sive verbis & re simul sunt conjuncti. *d. l. un.* Amplifs. D. Gerh. *d. lo.*

(f) *d. l. un. §. sin verò non omnes* Hi enim ab initio partes habent. *l. planè. 34. §. si conjunctim. 9 de leg. 1.* Ergò etiam vacans portio ex deficientis persona eis defertur; cum autem illa persona suam partem repudiare poterat, *d. l. un. §. ubi autem 11. vers. cum verò quidam,* eodem quoq; jure uti debent, qui in ejus locum succedunt. *l. qui in jus 117. de R. J.* Amplifs. D. Gerh. *d. lo. th. 48.* Donel. *d. lo.*

(g) Quia is, cui conjunctim legatum est, eodem jure in repudiando uti potest, quo collegatarius repudians, sicuti antea dictum est, ideò etiam eodem jure, in onere illi injuncto subeundo uti debet. *arg. d. l. qui in jus 117, de R. J.* Hoc enim est eodem jure uti, cum in commoda & incommoda sive onera succeditur. *§. ult. Inst. de locat. & conduct.* Affertur etiam à quibusdam & hæc ratio. Quod sc. particula *E T*, operetur id, ut videatur testator illos invicem inter se substituisse in partem deficientem cum lucro & damno. Amplifs. D. Gerhard. *th 49.* Ea tamen legata, quæ pro non scriptis habentur, quoniam portio in illis propriè non deficit, *l. si in metallum 3. ff. quæ pro non scrip. hab. sine onere accrescere putamus, nempe si in persona collegatarii,*  
licet





licet conjuncti, omnino legatum non constiterit, puta si is non natus est. *d. l. un. §. in primo 3.* quia onus sive gravamen fundamentum vel radicem non habet, cui insistere possit, nullius enim entis nullæ sunt qualitates. *l. ejus qui 41. ff. si cert. pet. l. si servum. 4. §. si modus. 1. ff. de action. empt. rectè illud annullatur arg. l. circa eos. 2. de hered. inst. l. nam etsi sub conditione. 5. vers. post defectum ff. de injust. rupt. l. ita stipulatus. 155. de V. O. l. cum principalis 178. de R. I. Amplifs. D. Gerhar. th. 50. Donel. d. lo. ubi Clar. D. Hillig. lit. f.*

VIII.

*Conjunctionem supra diximus esse duplicem, nempe aliam legis, aliam hominis. Legis est, quando immediatè à lege aliqui ad eandem rem consequendam vocantur. (a) Hominis autem quando per suam dispositionem duos vel plures conjungit sive complectitur (b) ita tamen ut non contra leges peccet. (c) In legali conjunctione semper locum habere jus accrescendi, & prohibitionem nullam admittere, (d) manifestum est: Idem quoque in hominis conjunctione, quæ circa hereditates & fideicommissa universalia (e) versatur, à testatore prohiberi non posse (f) affirmamus. In legatis verò & fideicommissis particularibus prohibitionem testatoris valere (g) statuimus.*

(a) Id est, quæ ex sola interpretatione legis fit nullo accedente facto. *§. si plures. 5. Inst. de legit. agnat. success.* Amplifs. D. Gerhard. Disp. de I. A. th. 11. Et hæc in subsidium testatoris conjunctionis, à lege est introducta, ut si à testatore ulla sive nulla facta sit, tamen semper aliqua, ne quid



quid absurdè in jure committatur *arg. l. fin. C. de author præstand. adesset.* Licet verò nulla de hac in legibus expressa fiat mentio, tamen tacitè, & ex legum sententia aliqua colligi potest. *l. si duobus. 12. de bonor. poss. cont. tab. l. si quis. 1. §. si quis. 12. de conjung. cum emanc. lib.* Ampliss. D. Gerha. *disp. de l. A. th. 13. Dn. D. Rimer. disp. de l. A. c. 7. n. 1.*

(b) Et hæc facit legalem cessare. *l. fin. C. de pact.* Ut enim liberum est cuiq; in rebus suis arbitrium. *l. dudum. 14. C. de contr. empt.* ita de illis liberè & variis modis disponere licet. *l. in conditionibus. 19. ff. de condit. & demonstr.*

(c) Conjunctio enim hominis, quæ legibus refragatur, in jure habetur pro nulla. *l. non dubium. 5. C. de LL. Dn. D. Rim. d. loc. n. 3.*

(d) Constitutio enim hominis non potest facere cessare rationem legis, sed eatenus valet, quatenus non est contra leges. Jam verò si testator aliquem instituat ex certa re, tunc si illa constitutio simpliciter deberet valere, ita ut etiam saltem in ea re certa succederet, sanè impingeretur in regulas juris, quòd nempe nemo pro parte testatus & pro parte intestatus possit decedere. *l. jus nostrum 7 de R. I. & quod aliquis pro parte heres esse nequeat.* Ideo, non obstante illa constitutione, propter jam adductas, ut & alias rationes juris, is qui ex certa re, sive excepto aliquo fundo, institutus est, in totum fit heres. *l. qui testatur. 1. §. si ex fundo. 4. l. si ita quis heres 74. de hered. instit. Dn. D. Rimer. c. 8. n. 8.*

(e) Quæ enim ratio facit, ut in hereditatibus locum non habeat prohibitio juris accrescendi, nempe, ne quis pro parte intestatus &c. & ne quis pro parte heredem, &c. ut mox audiemus, ea quoq; in fideicommissis universalibus militat, siquidem fermè omnia, quæ in hereditatibus, ea quoque in fideicommissis universalibus, quo ad jus accrescendi procedunt. Et sicuti invitus heres potest cogi, ut aut totam hereditatem adeat, aut à rota se abstineat, ita etiam fideicommissarius universalis. *Donell. lib. 7. c. 26.*

(f) *l. si quis. 36. l. si ita 74. de her. instit.* quoniam, ut *th. 6. lit. c. & d.* dictum est, leges prohibent, aliquem posse pro parte tantum testatum decedere, & pro parte tantum heredem ha-

bere



bere. Jam autem nemo potest cavere, ne leges in suo testa-  
 mento locum habeant. *l. nemo 55. ff. de leg. 1.* Clar. D. Hillig. *in Don. Enucl. lib. 7. c. 12. lit. b.* Duar. *de I. A. lib. 2, c. 14.*  
 Guilh. Fôrst. *disp. 12. th. 25.* Petr. Gregor. Tholos. *syntag. jur. univers. lib. 46. c. 11. n. 15.* Anton. Fab. *49. erro. prag. 1.* Diff. Gomez. *lib. 1. var. resol. 19. n. 10.* Br. *in l. 9. §. 13. de hered. inst.*  
 Prædicta tamen sic limitamus, ut prohibitio subsistat, si re-  
 stator per illam non fiat pro parte intestatus, sive pro parte  
 tantum heredem accipiat. Dn. D. Rim. *c. 9. n. 7.* Duar. *d. lo.*  
 Cum autem propter has rationes, ut jam dictum est, jus ac-  
 crescendi prohiberi non possit, merito his cessantibus, pro-  
 hibitio valebit. Dn. D. Rimer. *d. loc. Mantica. 4. conject. ult. volum. c. 12. n. 30.* Duaren. *d. loc.* Siquidem etiam alias ubi  
 ratio cessat, ipsum jus quoque cessare debet, per vulgaria.  
 Ponamus igitur talem casum: A. est heres institutus, B. & C.  
 sunt heredes instituti, ita tamen ut si deficiat B. sive C. por-  
 tio non debeat accrescere C. sive B. sed A. Hic ergo quo-  
 niam prædictæ rationes cessant, omnino hæc prohibitio va-  
 lere debet, & ideo propter dispositionem testatoris, quæ &  
 alias semper observari debet, quoties salva ratione juris  
 potest, merito præferendus est A. re conjunctus C. sive B.  
 mixtim conjuncto Duar. *d. loc.*

(g) Nulla enim in illis militat ratio, quæ prohibitio-  
 nem juris accrescendi non admittat, ut in hereditatibus,  
 licet enim deficiens portio legatarii non accrescat colle-  
 gataro, tamen testator non pro parte moritur intestatus, si-  
 quidem ea deficiens portio commodè penes heredem re-  
 manere potest. Clariss. D. Hillig. *d. loc.* Anton. Fab. *49. er-  
 ro. prag. 1.*

## XI.

*Conjunctio hominis consideratur triplici-  
 ter (a) Quidam enim re tantum; quidam ver-  
 bis tantum; quidam verbis & re simul conjun-  
 guntur, & hi vocantur mixti. Re conjuncti (b)  
 sunt quibus separatim (c) eadem res (d) ab eo-  
 dem relinquitur.* (a) *l. iii.*



(a) *l. triplici 142. de V. S. l. re conjuncti 89. de leg. 3. gl. & Dd. in l. un. §. his ita. 10. C. de cad. toll. seu, conjunctio hominis alia est simplex, & hæc vel re tantum, vel verbis tantum: Alia mixta, id est, re & verbis simul. Donell. lib. 1. cap. 13. ubi Clariss. D. Hillig. lit. c. Dn. D. Rimer. de I. A. c. 9. n. 2.*

(b) ut, A. heres esto, B. heres esto C. heres esto: Item A. fundum Cornelianum do, lego, B. fundum Cornelianum do, lego. *§. si eadem 8. Inst. de legat. Dn. D. Rimer. c. 10, n. 1. Donell. lib. 7. c. 13.*

(c) *d. §. si eadem. 8. Inst. de legat. l. un. §. his ita 10. C. de caduc. tolle.* Si enim rem spectamus sunt conjuncti, si orationem sive sermonem testatoris sunt disjuncti. *d. loc. un. §. his ita 10. & §. ubi autem 11. vers. quia sermo.* Donell. *d. loc.* Jam autem res proprie non conjungit, nisi rem tantum, *arg. l. planè. 34. §. fin. de legat. 1.* Verba verò & rem & personas conjungunt, *arg. l. mulieri & Titio, 74. de condit. & demonstr.* Ampliss. D. Gerhard. *disp. de I. A. thes. 15.* unde etiam in usu juris, quando cum aliis comparantur, disjuncti sive separati dicuntur. *d. l. planè. 34. in pr. de legat. 1. d. §. si eadem. 8.* Dn. D. Rimer. *d. loc.* Donell. *d. loc.* In illis tamen omninò realis est conjunctio. Ampliss. D. Gerhard. *d. loc. thes. 16. Vasq. tom. 2. success. §. 21. num. 3.* Diss. Anton. Fab. *50. error. prag.* Siquidem lex per interpretationem solidum cuique assignat, ita tamen ut concursu partes faciant, & ne alter totam rem legatam, alter æstimationem habeat. *l. si pluribus. 33. d. l. si planè. 34. de legat. 1. d. l. un. §. ubi autem. 11. vers. nos autem omnimodò. C. de caduc. tollen.* Nisi evidentissimè ex voluntate testatoris hoc appareat. *d. l. si pluribus. 33. ff. de leg. 1.* Vocantur etiam tunc discretâ, sive separatâ oratione, quando utraque oratio non omninò perfecta est: ut A. fundum & B. eundem fundum lego. Ampliss. D. Gerhar. *thes. 17.* Dn. D. Rimer. *d. l.* In his tamen realem licet imperfectâ conjunctionem, esse rectè monet Ampliss. D. Gerhar. *d. loc.* cum verbum **L E G O**, tacitè subintelligatur & propter rectam

C 2

sermo





sermonis rationem sit repetendum. *l. Plautius. 8. in fin. de aur.*  
*& arg. legat.* Ampliss. D. Gerhar. *d. th. 17.* Dn. D. Rimer.  
*d. loc.* Si verò ita quis legaverit, quod Cajo legavi, Sejo lego,  
nulla erit realis conjunctio; Siquidem quod primo legavit,  
videtur ei adimere & transferre in alterum. *l. sicut. 5. de adi-*  
*men. & transfer. legat.* Ampliss. D. Gerhar. *th. 18.* Dn. D. Ri-  
mer. *c. 10. n. 4.* Secus tamen est, si quis tali modo legaverit.  
In qua parte Titium institui, in eadem Seium instituo. Hic  
quoniam testator ipse facit, ut in eandem partem concur-  
rant, partes quoq; eis assignat, dum ambos in eadem parte  
conjungit, & sic ambos heredes esse cupit *per l. Iulianus. 15.*  
*de hered. instit.* meritò in illis erit realis conjunctio. Ampliss.  
D. Gerhar. *th. 19.*

(d) Quæ non solùm requiritur in legatis, verùm etiam  
in hereditatibus. Dn. D. Rimer. *d. loc.* Et licet supra *thes. 4.*  
*lit. e.* diximus, nunquam posse evenire, ut in heredita-  
tibus heredes non sint conjuncti, tamen illud intelli-  
gimus de conjunctioe legis, non verò de conjunctioe ho-  
minis. Nam si Titius ex parte heres sit institutus, Cajo ex  
altera parte, inter illos profectò nulla est conjunctio ho-  
minis. Non enim est realis, non verbalis, multò minus mix-  
ta, siquidem in res separatas sunt instituti. *l. item. 17. §. un-*  
*de 1. de heredib. instit.* Si tamen deficit Cajo, illius portio  
accrescit Titio, scilicet propter tacitam conjunctioem le-  
gis, quæ in subsidium testamentariæ conjunctiois intro-  
ducta est. Et sic lex fingit conjunctioem aliquam, ut ulti-  
ma voluntas testatoris integra servetur. Dn. D. Rimer.  
*d. loc.* In eandem quoq; rem institutos & conjunctos intel-  
ligimus quando alicui fundus, sive proprietas, alteri verò  
usufructus legatur. *l. idem Neratius. 3. §. non solùm 3. de usufr.*  
*accresc.* Si enim Sejo fundum Tusculanum, & Sempronio  
illius fundi usufructum quis legaverit, sine dubio Sejus  
propter plenam proprietatem, quam habet in illo fundo,  
cum Sempronio in usufructu conjunctus est. *d. l. idem Ne-*  
*ratius. 3. §. non solùm 3.* Si quidem proprietatis accessorium  
est usufructus. Sempronius autem quoniam usufructum,  
qui emolumentum sive domini, quo fundus ipse obtinetur,  
pars



19.  
6  
pars est. *l. qui usufructum. 58. de V. O. l. cum Filius 76. §. dominus 2. de legat. 2. l. si à reo 70. §. si reo. 2. ff. de fidejus. l. usufructus. 4. de usufr.* Siquidem detracto usufructu, fundus dari non censetur. *d. l. qui usufructum 58. de V. O.* etiam instar partis habet, rectè deficiente Sejo proprietario, proprietas jure accrescendi ad eum pertinebit. Ampliss. D. Gerhar. *th. 32. Dn. D. Rimer. c. 10. n. 3. Cujac. tract. 5. ad Africa. in d. l. si proprietas. Suerin. de usufr. accres. pag. 20.* Si verò eadem res duobus, ita, ut quilibet habeat eam in solidum, relinquatur, nulla est conjunctio; hoc enim casu alter rem, alter æstimationem consequitur. *l. si pluribus. 33. de legat. 1. quæ conjunctionem nullam inducit. l. re conjuncti 89. de legat. 3.* siquidem diversa est ab ipsa re. Ampliss. D. Gerhar. *th. 20.*

X.

*Conjuncti verbis (a) dicuntur, quibus res eadem conjuncta oratione (b) pro expressis (c) & æquis portionibus individuis (d) relinquuntur. Re & verbis conjuncti (e) dicuntur, qui eadem oratione simul ad eandem rem partibus (f) nullis expressis vocantur.*

(a) ut A. & B. ex æquis partibus heredes sunt, vel C. & D. ex æquis partibus fundum Tusculanum do, lego, *l. re conjunct. 89. de leg. 3.* Ampliss. D. Gerhar. *th. 21. Dn. D. Rim. c. 11. n. 1. Donell. lib. 7. com. c. 13.* Unde quæritur, si servo communi legatum est, num inter dominos sit verbalis sive legis, aut omninò nulla conjunctio? Rem distinctione expediendam putamus. Aut enim testator communi servo legat fundum sive proprietatem, & tunc jus accrescendi inter dominos non est. Siquidem perinde est, ac si duobus servis legatum esset, *l. si fundum. 81. §. si servo 1. de legat. 1. l. & Proculo 20. ff. de legat. 2.* & ideò jure dominij acquiritur. *§. item nobis. 3. Inst. per quas pers. cui acquir.* Aut legat usufructum & tunc legalis adest conjunctio. In usufructu enim spectatur ipsius servi persona propter individuam usufructus naturam, quæ personæ servi, quamdiu vivit, adhæret. *arg. l. inter*

C 3

anti-



antiquam. 15. & l. ult. C. de usufr. Dn. D. Rimer. l. c. 11. n. 3. Govean. de I. A. n. 27. Suerin. de usufr. accres. fol. 8. Diss. Anton. Fab. 49. erro. prag. 3.

(b) Si enim testator dixit. A. heres esto B. & C. heredes sunt ex æquis partibus. A. cum B. sive C. non verbaliter, sed realiter est conjunctus. Donell. lib. 7. com. cap. 13. Diss. Baro in §. si eadem res 8. Inst. de legat. Imò licet etiam in diversis orationibus copula aliqua addita sit, tamen, propter illam non inducitur conjunctio verbalis. l. sicut. 3. §. hæc autem. ff. quib. mod. usus. amitt. Ampliss. D. Gerhar. th. 22. Nihil autem interest, num illa conjunctiva oratio fiat copulativè num distributivè, num collectivè, num verò alternativè. l. cum quidam. 4. C. de V. S. Alternativa enim interdum sumitur pro conjunctiva. d. l. cum quidam. 4. Ampliss. D. Gerhard. th. 23. & 24. Dn. D. Rimer. c. 11. n. 6.

(c) In hoc ideò differunt à re conjunctis, siquidem ut antea dictum est, omnibus primà facie solidum testator assignare videtur, ita ut saltem per concursum partes faciant. d. l. un. §. ubi autem. vers. sin autem. Verbis verò conjuncti, ideò non re conjuncti vocantur, siquidem illi magis verbis quàm re, licet aliquo modo etiam re conjunguntur, conjuncti sunt. Dn. D. Rim. c. 11. n. 2. Baro ad d. §. si eadem. 8. Quibus ergò inæquales partes relictæ sunt, conjuncti esse non possunt. Clariss. D. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 7. conc. cap. 13. lit. h. Dn. D. Rimer. c. 11. n. 3. Diss. Anton. Fab. 49. erro. prag. 5.

(d) Verbis conjuncti ideò partes ab initio pro indiviso, non verò pro diviso, non corporaliter, sed intellectualiter expressas habent, ita ut etiam in eandem rem vocentur. Partes enim ex conceptione testatoris, totum verò magis ex voluntate defuncti habere videntur. arg. l. utrum. 7 ff. de reb. dubijs. Ampliss. D. Gerhar. th. 53. Dn. D. Rimer. c. 11. n. 5. Petr. Gregor. Tholos. lib. 46. syntag. jur. univ. c. 10. n. 8. Diss. Anton. Fab. 29. erro. 3. pr.

(e) vel quos nominum & rerum complexus jungit. ut A. & B. heredes sunt, sive C. & D. ex dimidia heredes sunt. sive E. & F. Pamphilum do, lego l. triplici. 142. de V. S. §. si eadem. 8. Inst. de legat. Ampliss. D. Gerhar. th. 21. Dn. D. Rim. c. 12. n. 1. Donnell. lib. 7. com. c. 13.

(f) Im



29.

(f) In quo differunt à verbis tantum conjunctis. 178.  
d. l. triplici 142. de V. S. Verbis enim conjunctis partes ex-  
pressis verbis assignatæ sunt: Re & verbis verò partes ex  
conjunctione personarum assignatæ intelliguntur, Am-  
pliss. D. Gerha. th. 26. Hinc non solidum sed partes eis ab ini-  
tio relictas esse verius putamus, siquidem magis accedunt  
ad naturam conjunctorum verbis quàm re, quapropter et-  
iam semper conjuncti, nunquam disjuncti vocantur. Imò  
interdum fit ut soli nomine conjunctorum veniant. d. §. si  
eadem. 8. Instit. de legat. Deinde si solidum ab initio haberent,  
pars deficiens mixtim conjunctis non accresceret cū onere,  
siquidem tunc eis accresceret non ex deficientis, sed ex sua  
persona, ut patet ex th. 7. quod tamen non fieri constat ex d. l.  
un. §. ubi autem. C. de caduc. tollen. l. plane. 34. §. si conjunctim 9.  
de legat. 1. Ampliss. D. Gerhard. thes. 28. Dn. D. Rimer. c. 13.  
n. 2. Diss. Cujac. tr. 5. ad Africa. post l. qui usumfr. 36. de usufr.  
Ex his jam dictis, etiam mixtim conjunctos differre à re  
conjunctis manifestum est. In reali enim conjunctione so-  
lidum ab initio assignatum censetur, & non aliter fiunt par-  
tes, nisi concursu, per quem concursum tamen legatum mi-  
nuitur. d. l. un. §. 11. vers. his autem & vers. sin autem.

XI.

*Jus accrescendi autem tam in verbis tantum  
(a) quàm in re tantum (b) & verbis & re simul  
conjunctis (c) locum habere statuimus. Ideoq; si  
conjuncti sint unius generis, unius etiam ex il-  
lis deficientis portio omnibus accrescit. (d)*

(a) l. si duobus. 16. §. fin. de legat. 1. l. un. §. ubi autem.  
II. C. de caduc. tollend. ubi statuitur, quod in qualibet con-  
junctione debeat locum habere jus accrescendi. Verbis  
ideò dubio procul erunt conjuncti, quia propter unitatem  
sermonis quasi in unum corpus redacti sunt, ex qua con-  
junctio colligitur. d. loc. un. §. 10. Deinde dum quæritur.  
in l. re conjuncti. 89. de legat. 3. num re conjunctus potior  
sit verbis conjuncto, eo ipso infallibiliter sequitur  
inter verbis conjunctos esse jus accrescendi, siquidem  
alias



aliàs frustra quæſiſſet de prælatione, ſi accreſcendi jus nunquam ad illos pertineret. Ampliſſ. Dn. D. Arumæ. 9. exerc. Iuſtinia. 11. Donell. lib. 7. com. c. 13. ubi Clariff. D. Hillig. lit. K. Dn. D. Rimer. c. 13. n. 5. Duar. lib. 1. c. 10. Diſſ. Anton. Fab. lib. 6. conjeſt. 1. par. 2. erro. prag. decad. 49. erro. 4. Cujac. 24. obſ. 34. Nec hic diſtinguimus inter uſumfructum & proprietatem. Quæ enim datio eſt in proprietate, eadem quoque militat in uſufructu. Ampliſſ. Dn. D. Gerhar. th. 54. Dn. D. Rimer. c. 13. n. 4.

(b) Sublatâ enim differentiâ, quæ olim fuerat inter legata damnationis, & inter alia, l. un. §. ubi autem 11. C. de cad. toll. in omnibus hodiè jus accreſcendi locum habet. d. l. un. l. quoties 1. §. interdum 3. l. idem. 3. pr. ff. de uſufr. accreſ. l. ſi ſeparatim. 30. de condit. & demonſt. l. heredes 53. de hered. inſtit. Aliqui tamen, ut Petr. Gregor. lib. 46. ſynag. Iur. Univ. c. 11. n. 1. Vultei. in §. ult. Inſt. de donat. n. 9. & alii ſtatuunt in re conjunctis jus non decreſcendi: Verùm illud jus, quod eſt interre conjunctos tam jus accreſcendi, quam non decreſcendi poſſe vocari putamus. Nam re conjuncti habent ſolidum ab initio pro indiviſo, tamen & eo reſpectu poſſit aliquo modo jus non decreſcendi nominari. Ubi verò collegatarius accipit ſolidum pro diviſo omnino accreſcit, Ampliſſ. D. Suev. lib. 1. de I. A. c. 5. Attamen quoniam non partium, vel ſolidi aſſignatio, ſed voluntas teſtatoris, plures ad eandem rem vocantis, cauſa eſt juris accreſcendi. Clar. D. Hillig. in Donell. Enucl. lib. 7. c. 13. lit. I. potius jus accreſcendi, quàm jus non decreſcendi dici debere ſtatuimus. Ampliſſ. D. Suev. d. lib. 1. de I. A. c. 1. Diſſ. Hunni. var. reſol. lib. 2. tr. 8. q. 7. §. Dd. communiter.

(c) §. ſi eadem. 8. Inſt. de legat. l. un. §. huſ ita 11. & §. ubi autem 11. C. de cad. toll. In omni enim conjunctione locum habet jus accreſcendi. d. l. un. §. 11. Dn. D. Rimer. c. 13. n. 2. Donell. lib. 7. com. c. 13. Diſſ. Hun. d. lo. q. 9.

(d) ut ſi ita teſtator dicat, A, B, C, fundum Tuſculanum do, lego, repudiante A. ejus pars reliquis duobus nempe B & C. æqualiter accreſcit. d. l. un. §. 19. Ampliſſ. D. Gerhard. th. 56. Ampliſſ. D. Suev. lib. 1. c. 3. Donell. lib. 7. com. c. 13.



Si verò conjuncti disjunctis permixti sunt, id est, si ad idem legatum re conjuncti, & verbis conjuncti & mixtim conjuncti vocati sunt, tunc si unus ex re & verbis conjunctis deficit, deficientis portio soli collegatorio, qui etiam mixtim est conjunctus, accrescit (a) Quod & observatur, si unus ex verbis conjunctis deficit; Illius enim portio soli collegatorio, qui etiam verbis tantum est conjunctus, accrescit (b) si verò deficit re conjunctus, illius portio omnibus accrescit, (c) ita tamen ut verbis aut tantum mixtim conjuncti unius persone vicem representent. (d)

(a) ut, si testator ita dixerit. A. & B. heredes sunt, C. heres esto, D. heres esto E. & F. æquis partibus heredes sunt. Donell. d. loc. Jam si A. sive B. deficit, illius portio soli B. sive A. accrescit, siquidem alii cum B. sive A. saltem sunt re conjuncti. Æquum ergò est præferri utroq; modo conjunctum. Donell. lib. 7. com. c. 13 Sicuti enim in successione legitimâ duplex conjunctio sanguinis, sive duplex vinculum uni tantum præfertur, ita & in conjunctione testatoris propter tacitam & præsumptam illius voluntatem. Clariss. D. Hillig. in Donell, Enucl. lib. 7. c. 13. lit. n. Aliàs etiam mixtim conjunctorum conditio censetur optima, ideò meritò præferendi. l. re conjuncti 89. de leg. 3. Siquidem propter unitatè sermonis quasi in unum corpus redacti sunt. l. un. §. 10. vers. hoc ita tam C. de cad. toll. & partem sibi conjunctorum quasi suam præoccupant. d. l. un. §. 10. vers. hoc ita. Ampliss. D. Gerh. hb. 56. Ampliss. D. Suv. lib. 3. c. 1. Dn. D. Rim. c. 14. n. 3.

(b) Si igitur ex jam dicto exemplo E. sive F. deficit, tunc illius portio soli E. sive F. accrescit, exclusis mixtim & re conjunctis. Idq; propter evidentissimam rationem.

¶

Quoniam



Quoniam icilicet mixtim & re tantum conjuncti, cum verbis tantum deficiente, non fuerunt eodem modo conjuncti, quo alter verbis tantum conjunctus. A. & B. enim qui re & verbis conjuncti illi erant, cum deficiente verbis tantum, disjuncti sive re conjuncti, F. verò sive E. verbis solum conjunctus cum E. sive F. deficiente sibi invicem conjunctus scilicet verbis erat, & ideo quoniam conjunctus præfertur alias etiam disjunctis, sive re conjunctis *d. l. re conjuncti. §. 89* merito etiam in hoc casu soli verbis tantum conjuncto debet pars deficientis verbis tantum conjuncti accrescere. Deinde ratio, quia conjuncti propter unitatem sermonis &c. etiam in verbis tantum conjunctis locum habet. *Donel. lib. 7. com. c. 13. ubi Clar. D. Hillig. lit. o. Dn. D. Rim. th. 4.*

(c) Si ergò deficit C. sive D. re conjunctus, tunc illius portio tam verbis quam re conjunctis accrescit. *l. planè. §. 4. ff. de leg. 1. l. un. §. 11. vers. his ita.* Siquidem C. sive D. non solum D. sive C. est conjunctus, sed pariter omnibus, neque ullam prærogativam habet præ cæteris. *Donell. lib. 7. com. 13. ubi Clariss. D. Hillig. lit. m. Ampliss. D. Gerhar. th. 57.* Prædicta tamen omnia ita limitantur, nisi testatorem aliud sensisse appareat. *Clariss. D. Hillig. d. lo. lit. i. Ampliss. D. Gerhard. th. 58. inf. Duar. lib. 2. c. 9.*

(d) *d. l. planè §. 4. de leg. 1.* per conjunctionem enim in unum corpus redacti sunt. *§. hec ita C. de caduc. toll. Donell. d. loc. Ampliss. D. Gerhar. th. 57. Dn. D. Suev. lib. 3. de l. A. c. 1. pag. 150.*

### XIII.

*Conjunctio legis licet hoc discrimen conjunctorum magnoperè non soleat attendere, tamen in successione legis gradus proximior excludit remotiorem? (a) Semper autem ubi conjuncti sunt ex dispositione hominis, ibi conjuncti ex lege excluduntur. (b) Cæterum jus accrescendi non solum legatariis & fideicommissariis singularibus, (c) heredibus universalibus*



versalibus ab intestato & ex testamento, (d) ut & fideicommissarijs universalibus, (e) competere, verum etiam in bonorum possessionibus (f) mortis causa donationibus (g) & querela inofficiosi testamenti (h) locum habere affirmamus.

(a) l. si ex pluribus. 9. de suis & legit. hered. sæpè enim conjuncti miscentur disjunctis, quando alii in capita, alii in stirpes vocantur. Lex igitur quos cõjunctim vocat, ut succedant in stirpes, inter eos jus accrescendi est non pro numero heredum, sed cõjuncti pro uno habentur. e.g. quãdo nepotes cum suis patruis in successione avi vel patruis concurrunt. Semper enim conjuncti concurrentes cum iis à quibus sunt disjuncti, unius personæ vice funguntur, l. planè 34. in fin. pr. ff. de lega. 1. Donel. 7. con. 13.

(b) Provisio enim hominis facit cessare provisionem legis. l. fin. C. de pact. convent. l. cum colon. 14. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Moller. ad Const. Elect. Const. 25. part. 2. n. 10.

(c) l. un. § ubi autem 12. cum seqq. de Cad. toll. § si eadem 8. Inst. de legat. l. re conjuncti. 89. de lega. 3. Amplifs. D. Gerh. th. 61. Hic quæri potest, an etiam in legato ob causam alimentorum relicto locum debeat habere? Quod negamus per l. dominus. 57. §. per fideicommissum 1. ff. de usufr. l. pen. §. filia 1. ff. ad L. Falcid. Quia testator præsumitur noluisse plus legatarium ultra modum alimentorum habere. Inde dicitur legatum alimentorum non iterari vel multiplicari. l. alimenta 16. §. Basilica 2. de aliment. legat. Amplifs. D. Gerhard. d. 10. An autem in eo, qui jure speciali admittitur, locum habeat jus accrescendi, inter Dd. disceptatur, ut videre licet ex Amplifs. D. Suev. libr. 2. c. 3. inf. nos tamen in eo quoque locum habere statuimus cum, Fachinæo. 4. contr. 99.

(d) l. explicito. 1. §. sed & quotiens 9. ff. ad SC. Trebell. l. si ex pluribus. 9. de suis & legit. hered. l. si quis 25. §. planè. 13. d. acquir. heredit. Heres enim ab intestato,

D 2 ut





ut heres ex testamento locum defuncti tenet: Unde legis conjunctio æquiparatur ultimis voluntatibus. *Novell 22. c. 2. l. un. C. de caduc. tollen. l. heredes sine partibus. 63. §. item quod Sabinianus. 17. de heredib. instituen. Ampliss. D. Gerhard.*

(e) *l. Iulianus. 43. l. si pupillus 79. ff. ad Sctum. Trebellia. Donell. lib. 7. com. 12. & 26. ubi Clariss. D. Hillig. lit. a.*

(f) *l. bona autem. 3. §. in bonorum fin. cum l. veluti. 4. & l. sed cum. 6. ff. de bonor. possess. l. un. C. quando non petent. part. Ampliss. D. Gerhar. th. 66.*

(g) *l. un. §. hæc autem omnia. 14. C. de caduc. tollen. ibi nec non in mortis causa donationibus: Ultimis enim voluntatibus quoad effectum æquiparantur. §. mortis causa. 1. Inst. de donat. l. fin. C. de donat. caus. mort. In ultimis autem voluntatibus locum habere jus accrescendi ex præcedentibus patet. Unde sequitur in donationibus inter vivos, quoniam diversæ sunt ab ultimis voluntatibus, jus accrescendi locum non obtinere. Ipse enim Imperator dum in d. l. un. §. hæc autem. 14. C. de caduc. tollen. in mortis causa saltem donationibus procedere jus accrescendi statuit, eo ipso in donatione inter vivos contrarium voluisse videtur: Unius enim inclusio, ut regula est, est alterius exclusio, quando rationes & circumstantiæ hoc suadent. Ampliss. D. Gerhar. th. 69.*

(h) *l. si ponas. 23. §. si duo. 2. ff. de inoff. testam. Quamdiu tamen petitur acquisita ei nondum est. l. quoties. 1. §. interdum. 3. ff. de usufr. accres. Siquidem tantum ei delata est. l. delata. 151. de V. S.*

#### XIV.

*Hactenus de fine juris accrescendi diximus (a) sequitur tandem effectus, qui est portionis & domini adjectio, quæ fit proportionibus hereditariis sive legati. (b) Ideo etiam portio deficiens petitur eadem actione, quæ portio petita aut petenda esset, quam habet is, cui*



19.

cui accrescit. (c) Contraria juri accrescendi  
sunt aditio hereditatis & agnitio legati (d) Ad-  
finia, substitutiones. (e)

(a) Possumus cum Ampliss. D. Suv. lib. 2. de I. A. c. 4.  
dicere finem juri accrescendi esse duplicem, Alium inter-  
num, & alium externum. Internum, ut defunctus in soli-  
dum repræsentetur & illius voluntas integra servetur, de  
quo fusiùs supra thes. 6. & 7. Externum verò ut caduca ex-  
cludantur. l. un. pr. C. de caduc. tollen. Ampliss. D. Gerhard.  
thes. 71.

(b) d. l. un. §. hù ita. l. liber. homo. 59 §. cum quis. 3. de here-  
dib. instituend. l. Mevio. 41. de legat. 2. Ratio. Qui enim ma-  
jori summa est vocatus ad hereditatem sive legatum, ex  
conjecturata voluntate testatoris etià magis præsumitur ab  
eo dilectus; Consequenter etiam quoad portionem defi-  
cientem meritò prædilectus censeri debet. Ampliss. D.  
Gerhar. th. 72. Donel. 7. com. 13. Clar. D. Hillig. in Donel.  
Enucl. lib. 8. c. 21. Duar. lib. 2. c. 3.

(c) Puta petitionem hereditatis vel actionem ex te-  
stamento, l. si in testamento 5. de vulga. & pupilla. substit. l. si  
mihi. 12. de leg. 1. Res enim principalis, & ei accedens non  
diverso jure censeri debet. l. inter socerum 26. §. cum inter. 2.  
ff. de pact. dotalib. Ampliss. D. Gerh. th. 73. Ampliss. D. Suv.  
lib. 3. c. ult. Duaren. 2. cap. 4.

(d) ubi enim nulla portio vacans, ibi jus accrescendi  
cessat, uti patet ex supra dictis. Ampliss. D. Gerhard. th. 24.

(e) Accrescit enim pars deficiens ex tacita sive præ-  
sumpta testatoris substitutione. l. si Titio 61. §. Iulianus. 1.  
verb. quasi substitutio in f. de legat. 2. Ampliss. D. Hillig. in Do-  
nell. Enucl. lib. 7. cap. 12. lit. b. Quando verò substitutio con-  
currit cum conjunctione, tunc contraria est juri accrescen-  
di, quia conjunctus concurrens cum substituto, a substituto  
excluditur, potentior enim est juri accrescendi. l. æquissimum  
2. §. si duo sint 8. ff. de bonor. possessio. secund. tabul. l. un. §. 3. &  
4. C. de caduc. toll. siquidem jus substitutionis expressa ni-



tur hominis dispositione, & ideo fortius est, quam jus ac-  
crescendi, quod saltem præsumptâ. *d. l. si Titio. § 1. 8. Inlia-  
nus. 1. ff. de legat. 2. Ampliiss. D. Gerhard. th. 75.*




## Corollaria.

I.

Num usuræ de quovis jure concessæ ac  
licitæ sint? Aff.

II.

Num Falliti sive Banchorupti fiant  
infames? Distiuguo cum Stracha.



*Ad Nobilissimum ac Prestantissimum*

**Dn. JOHANN-CHRI-  
STOPHORUM Braun à Pefna**  
Respondentem.

**A** Nnus abit Bruno, quo Lipsia defendentē  
Te vidit juris themata publicitūs.  
Nunc videt hec eadem mentis molimina Jena,  
Jena, Dices, Sophiæ corculum & Eusebiæ.  
Inge-



170  
17.  
Ingenii vires tentans dum voce, stylog,  
Jus Accrescendi, crescere & ipse facis.  
Crescit & accrescit summæ hinc tibi adorea laudis;  
Succrescet tibi cum tempore major bonos  
Si, quod fata velint, superatis Alpibus altis  
Mecum ex Hesperijs, Bruno redibis agris.  
Me suasu patris fidum fore spondeo Achaten  
Atq; viæ & vitæ Thesea Bruno tuæ.

ANDREAS RÜDINGER.

FINIS.





Ingeniū dicitur tantum dicitur dicitur  
Ius Accretionis dicitur dicitur  
Crescit dicitur dicitur dicitur  
Accretio dicitur dicitur dicitur  
Ingeniū dicitur dicitur dicitur  
Mechanica dicitur dicitur dicitur  
Mechanica dicitur dicitur dicitur  
Mechanica dicitur dicitur dicitur

ANDREAS RÜDINGER

FINIS






(X2618029)


101A











B.I.G.

Farbkarte #13

TATIO JURIDICA

De  
**ACCRE-  
CENDI.**

*Quam*  
divinâ favente gratiâ  
*missu Magnifici ac Nobilissimi in*  
*ri Salana Jctorum Ordinis*

SUB PRÆSIDIO  
*plissimi & Consultissimi,*

**RTOLPHI FO-**

& in Academia Jenensi Cod. Pro-  
Juridicæ Senioris, nec non Judicii  
Scabinatus Adfessoris, Præceptoris  
ris sui plurimum suspiciendi.

*ditorio Jctorum exercitiij gratia*  
*discutiendam proponit*

**RISTOPHORUS Braun**  
à Pefna.

*m XXII. Novembr.*

**JENÆ**

**TOBIÆ STEINMANNI.**

*no M. DC. XVII.*

19

5

1617,5<sup>a</sup>

*Handwritten signature*

